



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Dubium an veteres extra militiam calceos ære vel ferro suppactos
habuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

admitti possit. Caligas ferreis atque æneis clavis fuisse subpactas res est certa. An vero hic usus antiquissimis temporibus inter Hebræos usitatus fuerit nescimus. Sed in usu hominum calceamenta ferro suppacta fuisse extra militiam, non credimus. Roganti Nicobulo *divesne esset istic Theozimus* apud Plautum servus respondet,

Plaut.
Bachid.
Act. 2. Sc.
3. vs 98.

— *Etiam rogas?
Qui auro habeat soccis subpactis
solum.*

Scilicet luxus veterum divitum etiam in eo fuit, ut clavis argenteis vel aureis soleas suppingerent, uti jam dudum monuit vir incomparabilis Isaacus Casaubonus. At qui ferro vel ære haberet soccis subpactum solum, non credo facile ostendi posse. Hoc vero necesse esset ut extra militiam habuerint veteres ferro suppacta calceamenta, siquidem ad ea allusifet Moses, cui calceus ferro suppactus significaret superationem difficultatum, aut quod ambularent in securitate. Ne dicam de calceamento ferro suppacto exponi non

non posse. Equidem scio multos interpretes hæc verba reddidisse *ferrum & æs sub calceo suo*, quomodo & Belgæ accuratissimi habent, *yser en koper sal onder uwen schoen zyn*: id vero genius Hebreæ linguæ non patitur. Etenim בַּיְתָּא non est *sub*, sed ad ipsam vocem pertinet, unde optime LXX verterunt: $\Sigma\delta\delta\eta\epsilon\varsigma \ \& \ \chi\alpha\lambda\kappa\acute{o}\varsigma \ \tau\acute{o} \ \iota\upsilon\pi\acute{o}\delta\eta\mu\omicron\upsilon \ \alpha\upsilon\tau\acute{\epsilon}\varsigma \ \epsilon\iota\varsigma\alpha\iota$, & Vulgatus: *Ferrum & æs calceamentum ejus*: Quare de calceamento ferro suppacto intelligi non potest, sed de calceo vel ferreo vel æneo. Quondam ipse in ea fui sententia, de calceis ferro vel ære suppactis hæc verba capiendâ. Etenim putabam hic ad eum morem à Mose alludi, quo caligas æneis aut ferreis clavibus suffixas atque munitas milites habebant. Est illud tritum, atque à variis animadversum, imprimis egregie à viro doctissimo Julio Nigrono demonstratum, caligas Romanorum militum clavibus munitas. Quos quidem clavos ferreos fuisse Plinius docet, à quo verba transcripsit Isidorus, qui disputans de vario ferri genere:

Aliud

Nigr. diff.
de caliga.

Plinius
lib. 34.
cap. 14.
Isid. orig.
lib. 16.
cap. 20.